

1249

D O G M A T I C I

1250

caristæ in lubrico carnis foetidissimæ permanentes.

Codicem ambiunt Membranae 2. ejusd. Sec. fragmentum *Institutionum Iustiniani* Imp. exhibentes.

CCCXX.

289 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 107. f. per duas columnas descriptus exhibet *Compendium Theoloice veritatis fratris Hugonis de Burgundia Magistri in Theologia fratrum ordinis predicatorum habens VII. libros*. Falsus est Librarius in assignanda Autoris patria; non enim is *Hugo Burgundus*, seu a *S. Caro* est, sed *Hugo Argentiniensis*, ut ostenditur in *Scriptt. O. P. T. I.* p. 470. et nos ad *Codd. seq. et DCCXXXI.* notavimus. Interim tamen *Codex* praefens testimonium fert contra eos, qui opus istud *Thomae Aquinati* tribuunt; legitur enim in anteriore theca: *Compendium Hugonis glosatoris et non est sancti Thome Sed compendium sancti Thome*. Cetera vide, si placet, *Codd. supracitt.* Praesentem possedere *Jacobus Sophianus*, ut in fronte, et *Martinus de Trziebon* (Trebona, Wittin-gau) ut in theca postica adscriptum est.

CCCXXI.

240 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 392. f. per duas columnas exaratus hac miniata inscriptione gaudet: *Hie bebet sich*

*an daz puch daz da haisset compendium theloyce veritatis vnd ist der pesten pucher aines in der heiligen geschrift vnd ist getailt in siben puecher vnd ist pracht aus latein zu tewtsch. Hie bebet sich an die tavel vber daz erste puch. Post Summaria, quae et singulis reliquis VI. Libris praefixa sunt, habetur Praefatio inscripta: Das ist die vorrede des compendiums des ersten Capitels. Initium: Die Warbait der götlichen subtilchait Seit daz si ist ein scheyn oder ein glanz des öbristen scheines &c. Operis ipsius: Daz got ist daz wirt beweiset in maniger weise. &c. Itaque L. I. agit de Divinitate. II. de Creatione. III. de Peccato. IV. de Redemtore. V. de Virtutibus et Legibus. VI. de Sacramentis. VII. de Extremis Hominis. Extrema sunt: Die ein jeglicher seliger enphabet nach seiner verdinunge an alles ende. Amen. Subscriptio rubro viridis: Ende des puches des compendium Theoloice ueritatis aus geschriben an sant Jacobs abent. Nach Christ gepürt XIII hundert iar vnd darnach im XIII. iar. Johannes Branner de pül. Opus istud, quod Cod. praeced. lingua latina, qua primitus exaratum est, occurrit, quo olim in pretio fuerit, inde conjicies, quod a variis jam Alberto M. jam Bonaventurae, jam ipsi Thomae Aquinati tributum fuerit, et reipsa inter Opera primi T. XIII. editionis Petri Jammy Lugd. 1651. f. et secundi T. VIII. pariter Lugd. 1668. f. extet, ut alias editiones anteriores taceam.*